

Oratio Cole Montani ad Lucenses.

Magnum gaudium adnuncio vobis viri Lucenses Romanus pontifex et Sicilie Rex amicitiam et societatem vestram petiit miserunt Judas machabeus cum populi Romani amicitiam et societatem per legatos petiisset leto senatu et populo receptus est. Quanto vos Romanis estis inferiore quanto Sicilie Rex et summus pontifex vel dignitate vel potentia vel opum et imperij magnitudine machabeo superiores. quanto hij vobis quam ille Romanis viciniore. Tanto vos conuenit duorum mundi luminum societatem auidius complecti. Semper apud omnes nationes ampla fuit Regum et pontificum auctoritas et reuerentia. Romani ex amicitia et societate Machabei preter labores et impensas nihil sperantes. sue tamen rei publice decore existimauerunt si cum proba et religioso viro quam imperij viribus exigua societatem coirent. vos cum duobus Italie atque adeo mundi principibus quorum fauore beatitudinem consequi vobis licet societatem inire dubitabitis. Sed heret forsitan aliquis vestrum quod a societate cum Florentinis quondam inita discedi non putat oportere. vana est hec cogitatio viris Lucensium. Timor et necessitas non voluntas nec benignitas societatem illam concilium. Inter Florentinos enim spoliatores et Lucensium ab eis spoliatos mutilatosque suis ornamentis et precipuis membris non alia potest benignitas quam que inter lupos et agnos solet intercedere in hanc sententiam plura non reor dici oportere ne frustra probare nitamur quod vos vltro profiteamini necesse est. et quod nemo ignorat qui de illorum temporum rationibus aliquid intelligit. Jam nunc abiit causa societatis timor. Cur non recedat. societas timoris effectus. nihil violentum durable. minime autem violenta foedera que maxime omnium libero consensu conciliari oportet. Spurius posthumius et C. veterius duces exercitus Romani ad furcas caudinas a famulibus fraude circumuenti pacem cum hostibus pepigere id fecerunt quoniam ab iniuriis per necessitatem non libero arbitrio fa-

9 49  
3  
SP 6014/19

1571  
IWE

etiam constabat senatus damnabit. Senatibus autem iudicium se  
quentium preliorum fortuna probauit Samnitibus crebro fugatis ce  
sisque ac demum in seruitutem redactis. Antiquum est et vulgare  
proverbum coactos per vim homines omni iure solutos et foede  
ra non stare que sine facta metu sapientium voce predicatur. Ate  
tamen fugamus societatem cum Florentinis ab initio optima rati  
one conciliatam fuisse. Quid est aliud societatis foedus nisi cer  
ta colligationis forma. qua omnes coniecti equaliter tenentur. ea  
videlicet ratione. ut quicumque societatis iura fregit impune ac  
sine perfidie culpa ab alijs fractam sibi fidem sentiat. Non obscu  
rum est proverbium. fidem frangenti non seruandam esse fidem  
Et qui perfido fidem prestat non fidelis in alium sed proditor in  
seipsum iudicatur. Multi veteres gentilium. Iudeorum Christi  
anorum eos qui fidem violassent nullius rei aut facti compensa  
tione seruandos existimarunt. Sic Tullius Romanorum Rex  
Metium suffetium Albanorum dictatorem quod ille fidem non pla  
tie seruauerat quique socium et amicum quadrigis diripuit. Sic Pe  
trus Apostolus Ananiam cum uxore illius Saphira quod agri sui  
precium donantes non totum plena fide ad Apostolorum pedes  
retulerant verbis castigant occidit. Sic David Rex trucidauit  
Amalachitam. Quid plura. Deus omnipotens populo suo pro  
la colenti promissa non seruauit. Si Florentinorum tyranni hoc  
est domus Medicorum ab initio societatis montem Charoli et  
Motronem ex pacto reddiderunt vobis. Si sepe alias et nuper  
in bello Genuensium fideles nobis extiterunt. Si vos fraude  
sua in bellum periculosissimum falsa auxiliorum suorum spe conie  
ctos non prodiderunt reddite vicem bonis socijs. et parem fidei  
graciam referre sin vos omni fraudum genere circumuentos in  
extremas calamitates impellere temptarunt impulsissentque in vo  
bis auctoritate sua Rex ac pontifex subuenissent. Que vestra est  
bonitas. ne dicam stultitia proditoribus fidei seruande titulo per  
fidie fomites ministrare. Inimicos vestros subleuare. Amicos  
deserere. quid est aliud quam vestram libertatem. vestras opes. ve

stras vxoꝛes et liberos vxoꝛeꝛ. Equidem. miroꝛ viri Licenses  
 queinquam esse tam rudem qui in pꝛiuatis duarum Ciuitatum  
 foederibus earum alteri etiam post multas alterius in se fraudes  
 tenendam indicet fidem. de communi chꝛistianozum fide nullaz  
 curam habzar. An vos obliti estis quid agat in terris Pontifex  
 Romanus. Dominus est omnium Chꝛistianozum. Nullum foe  
 dus. Nulla lex nec publica nec pꝛiuata contra Romani Pontifi  
 cis auctoritatem sanciri potest. Vult Chꝛisti vicarius legez ac foe  
 dera valere valent. vult abolere cadunt. iuste aut iniuste sancit ⁊  
 abolet. nihil ad nos ipse viderit. Nos quecuq; pꝛecepit nisi pa  
 remus profani sumus ⁊ anatheme. q̄q; defendere possim. nihil  
 esse iniustum quod velit pontifex. deus est terrenus. sufficit pro  
 ratione ipsius voluntas. Lemerarij dementisq; est os in celis po  
 nere. Dixit insipiens in corde suo non est deus. Corrupti sunt et  
 abhominabiles facti sunt. Caiphas in euangelio non qꝛ sciret qd  
 diceret sed cum esset pontifex illis anni pꝛphetavit. Annus Pon  
 tificis errare non potest. scz operatur in eo spiritus sanctus ⁊ q̄uis  
 ne ipse quidem factorum dictozumq; suozum rationem explicare  
 valeat. nihil tamen agit nisi sanctum. est enim vicarius dñi cui⁹  
 iudicia abissus multa ⁊ nemo fuit consiliarius eius. Quecuq;  
 scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Balaam Bꝛiolus  
 cum ad maledicendum populo dei asina veberetur angelo in via  
 resistente humanis verbis contra dominum suum asina disputa  
 uit. videlicet demonstrare dominus voluit facilius vniuerse na  
 ture ordinem confundi posse q̄ pontifex. qui per figuram sub ari  
 coloum persona significantur vel cupientes quicq; contra dei vo  
 luntatem aut agere possint aut loqui Quosum licet aliquis di  
 cet quosum vꝛ perspicias quanto in errore volutemini. Lauren  
 tius medicus ne dicam ari plagarius pontificali Apostolicaz  
 censura. immo vera Celesti fulmine ictus est diabolis attribu  
 tus. furijs concessus cum omnibus siue florentinis siue alieni  
 ginis quicūq; illius impio furori quolibet modo affuerint. quicq;  
 pro viribus suis nephariū Chꝛisti hostem non oppugnarint. Si

Laurentio fraternis caritate et certissimo sanguinis vinculo effectis  
omnes coniuenti. tamen diuini iudicii fulmina vitantes carita-  
tem in odium conuertere et Christi inimico inimicicias et publice  
et priuatim indicere atque exercere deberetis. propter huiusmodi  
consultationes Ihesus dicit. Non veni in terram mittere pacem  
sed gladium. propter me surget homo contra patrem suum et filia  
contra matrem suam et nurus contra socru suam et inimici homi-  
nis proximi eius. Qui diligit patrem suum aut matrem suam  
plus quam deum non est deo dignus. et vos pontificis mandatis hoc  
est iuribus diuinis nebandissimi Tiranni gratiam preferetis.  
Multi religionum spectatores ab impiorum societate calamitatum  
suarum exemplis sanos homines deterrent. Claudius pulcher et  
Caius flaminus ille primo hic secundo Romanorum aduersus  
Cartaginem bello ob contemptas religiones niagno suo et patrie  
damno superati sunt Marcum crassum contra Romanorum rei-  
ligiones bellum partis inferentem a tribuno plebis furijs deuotum  
primo certamine cum toto exercitu victum amissio pirus fi-  
lio perijisse non aliam ob causam quam quod religiones hauerat proximi  
inter Romanos et parthos certaminis fortuna pobauit. cum Ca-  
ius Cassius eiusdem crassi questor paucis ac trepidantibus reli-  
quis de fugiente exercitu collectis parthos toto exercitu fuso ce-  
so duce et filio eius feroces superauit. maioremque quam Crassus  
acceperat plagam patris reddidit non enim opibus et virtute sua  
Crassum parthi vicerant. nam ita crassum multo facilius vici-  
sent. sed Crassum specte religiones et deuotio tribunicia libidini  
hostium permiserunt. Cassio virtus Romana nullo numine con-  
trario victoriam peperit. si contra religionem quamuis falsam ar-  
ma gerentes victoriam hosti ceteris rebus inferozi tamen reli-  
gunt. cur vos Laurentio sancte vniceque religionis hosti nefario  
anatheme excommunicato pontificali execratione deuoto occiso-  
rum ab se ciuium sacerdotum pontificum vniuersis assidue in-  
festato nulla belli ope rei aut pontifici confereno. ridicula fidei  
ostentatione cum periculo nostre libertatis et omnium bonorum

vestrorum adbereatis. primus iudeorum rex Saul aut propheta  
 Samuele unctus quod diuinae voluntati et probete consilijs ob-  
 temperauit ubique victor hostium. postea quod contumaci spiritu di-  
 uinam iram provocauit regali unctione per eundem prophetam  
 ad Dauidem clam transfata. quod in hostes diuinae legis dimicauit  
 Saul telis eorum confossus super gladium suum irruens mi-  
 serabiliter de vita migravit. cumque illo filij tres et alij multi hoc so-  
 lo nocentes quod faulem non deseruerunt neglecte religionis pe-  
 nas acerbam morte luerunt. vos Laurentio non regi sed tyranno non  
 vnus perperam facti contumacia sed perpetuis per totam vitam  
 vlturis proditiombus cedibus rapinis omnium scelerum et imple-  
 tatis genere diuinam iram merito. non clam per vnum quemuis  
 christi seruum sed palam per Romanum pontificem christi vicari-  
 um in orbis terrarum conspectu non regali unctione quae nunquam  
 attigit nunquam cum omni sua temeritate sperare ausus est sed om-  
 ni humanitatis vsu et consuetudine depulso non contra diuine le-  
 gis hostes sed contra vicarium christi contra celum arma ferenti  
 nos inquam tanto monstro societatem quam nunquam iniustis feru-  
 re pergentes breui et illi et amicis illius debitas ferre calamitates  
 expectatis. at qui vetusta sunt exempla haec et a nostris temporibus  
 longe remota. quid Pisanos vicinos vestros etate patrum no-  
 strorum quid nostra Sigismundum malatestam eximium inter  
 Italicos principes cum multis eius fautoribus nisi diuina ira et  
 pontificalis deuotio ad exitum miserabilem perduxit. Vera sunt  
 ista viri Lucenses. et que animus quod turuis sopitum excitare que-  
 ant. illa multo veriora que restant vos cum Florentinis so-  
 cietatem iunxistis cum libera adhuc esset illa ciuitas cum pacti  
 Aeronis Acciaroli Soderini suis sententijs et auctoritate sua Flo-  
 rentinorum rei publice gubernarent. nunc ille familie sceleribus  
 Laurentij partim cedibus delete partim in exilium deturbare ex  
 iure federis antiqui auxilium vestrum implorent. Quid est a ra-  
 tione remotius quam eos cum quibus societatem sanxeris eiusdem  
 societatis causa ad excidium prosequi et tyranno contra illum

salutem libertatemq; inani fidelitatis titulo saluere. nihil est in  
rerum natura magis contrarium q̄ libertas tyranno et vos ty-  
ranno fidem seruare pergetis q̄ cum libera ciuitate pepigistis  
Romani quorum exempla preter eorum sapientiam libenter vsur-  
po legionem suam que Regium sociam ciuitatem per tyrannidez  
occupauerat armis victam securi percusserunt. non enim loco-  
rum sed personarum rationem in societatibus considerabant. si  
Thurce aut Mauri Florentiam occuparent non propter possessi-  
onem loci teneretis illorum societatem non arbitror quia socios  
vestros bonos ciues Florentine libertatis Amatores eiecissent  
aut occidissent quid igitur. non est Laurentiuseiusmodi Mau-  
ris a Thurcia eo peior quo scelestius est patrie ue tyrannum fi-  
eri q̄ aliene. si posset Florentinorum rea publicoqui et cum re-  
liquos socioa. Tum uoa precipue ad sue libertatis conseruatio-  
nem ex federe societatis uocare. certe cogereini aut perfidiam  
fateri aut rationem aliquam allegare aut socioum libertati succ-  
currere unnc res publica loqui non potest uocem enim suam per-  
didit cum hij qui pro ea loqui solebant aut nefaris cedibus sub-  
lati sunt aut in exilium detrusi ac Pontifex Romana 7 Rex sicu-  
lina iusticie patroni et oppressorum subleuatores no Florentino-  
rum postq̄ omnium etruscorum et pro uestra libertate uos mo-  
nent. et quid uobis agendum sit uerbo atq; exemplo demonstrat  
Quid expectatis. Quid cunctamini. An ut serui Remigio ad-  
icti quemcumq; nauis dominum perferunt. ita uoa cuiumq; tiran-  
no parebitis uana fidei specie decepti 7 non ut socij naualea cum  
alio rector: aliam purabitia rationem seruandam. nihil mihi ar-  
rogo 7 uos q̄ ego sum multo doctiores existimo. tamen memo-  
ria di non docendi gracia dicam. Non legistis apud Marcum Tul-  
lium in multis eius libris. non apud diuinum Platonem. non a-  
pud S. Thomam aquinatem. non apud sanctum Augustinum.  
non in historijs bible. non in alijs sapientum 7 sanctorum libris  
a deo abominabilea esse tyrannos. ut quicumq; illis adhereat co-  
ram deo 7 hominibus scelestus 7 impius habeatur. 7 neq; solum

tyrannos occidere liceat verum etiam si aliter tyrannorum vim  
effugere nequeamus. nosmetipfos necare oportet. si more barba-  
ro florentinorum malis insultare potius q̄ vestris bonis consu-  
lere vobis liber. seruate cum florentinorum tyranno sub inani se-  
deris vmbra condiciones quas cum libera illorum ciuitate per-  
cussistis. Sin vestre libertatis conseruatione et vestri status au-  
gmentum et odio et ceteris rebus sicuti bonos et sapientes viros  
deceet antepone re statuitis. Expergiscimini aliquando et aduer-  
sus comminent etrusce libertatis hostem consurgite. Multi cre-  
dunt imperij causa etiam ius violandum esse vos pro Imperio  
vestro sanctum ius hoc est Tyrannidis odium ac depulsionem  
Pontifice Romano et Rege Siculo duobus maximis principi-  
bus christianoꝝ adhortantibus vtrum adiunetis ciuitatini  
Gatis manifestum opinor viri Lucenses nullo fidei vinculo ci-  
uitatem vestram florentinis minime aut Laurentiane tyranni-  
dis iugum perferentibus obligatam esse. Age modo confidere-  
mus q̄ prudenter quanq̄ e vestra re publica in societate tyranni  
persistatis. Equidem hoc a prudentibus probatum video atq̄ ob-  
seruatum vt in omni consultatione et honestatis ratio dicatur  
et vtilitatis. duabus hijs rebus omnia commoda omnes bo-  
nas hominum fortunas constare. honestas certe ab isto vestro  
consilio longe distat. quid enim magis inhoneſtum turpe infa-  
mie abominabile quaz excommunicatos anathemas profana  
complexi et sustinere. ecclesiam dei perditissimorum hominum  
gracia ledere et a quibus plurima damna pertuleris eos in peri-  
culis iuuare amicos negligere inimicos adesse alienos miserari  
se ac suos contemnere. Quid poro quam potestis ex florenti-  
norum societate presertim quamdiu Medicorum Tyrannide  
verabuntur sperare vtilitatem qui quotiens per fortunam licu-  
it vestram libertatem occupare vos in seruitutem depimere to-  
tis viribus conati sunt. qui si vnquam spiritum collegerint si  
ex hostium faucibus vilo modo poterunt elabi non cessabunt  
insidias vobis tendere. Bellum indicere. exercitum ad mii-

ros agere fame ac ferro libertatem ⁊ vitas vestras petere. An vo  
bis excidit preteriti temporis memoria. cum villas vestras Flo  
rentini in adiciis auctoribus vastabant castella occupabant. vrbem  
oppugnabant. populum vestrum ad vite desperationem fame  
compellebant. dum tempus est vires eorum confringite ne simi  
lia in vos amplius vnq̄ temptare possint. non habebitis semper  
Nicolaum paruulum qui vos a Florentini hostis crudelissimi se  
uicia bis liberauit Cui miroꝝ a vobis imagines publice locatas.  
honores haberi proprie diuinos. quia libertatem vestram a Flo  
rentinorum seruitute vindicauit. Florentinis autem ipsis medi  
corum stimulante familia vestrorum malorum feminarijs fidem  
vllam prestari aut vllam omnino rem credi Sues vestros audi  
ui predicantes eiusdem Nicolai paruuli consilium quod ille cum  
vrbem vestram a Florentinorum obsidione liberasset maioribus  
vestris dedit. Libertatem vestram eousq̄ dunturam dum vos  
omni prorsus Florentinorum consuetudine abtineretis. Cerne  
bat dur ille belloꝝum pericissimis vestri amarissimus Florenti  
norum artium doctissimus tantaz esse in Florentinis maximeq̄  
in Medicis astutiam maliciam prodendi calliditatem. suboran  
di pollicendi largiendi vsu. vt nullo modo vos ab illorum frau  
dibus cauti esse possetis si cum vestris hominibus liberam com  
merciꝝ facultatem haberent. Florentini vrbem vestram nullis ma  
chinis expugnabilem ab aliquo semper amico belli auxiliu in Flo  
rentinos reperturam florentinorum medicis vigentibus iniqui  
tates ⁊ perfidias fugiendo tantum a vobis vitari. magnum de  
beret pondus illius ducis auctoritas apud nos habere. quatenus  
res enenissent. maius autem eo q̄ experientis rerum illius dicta  
probantur. neq̄ enim deterruit Florentinorum tyrannum tercio  
ab hinc anno vllum iusiurandum aut vlla fidei religio. quomi  
nus pacis ac societatis tempore tota Italia quiescente cum nemo  
quicq̄ hostile in eturia suspicaretur per Galeatum Sforziam  
vos prodere ⁊ libertatem vestram mercari niteretur. quoquidem  
tempore ego anxius veluti pro mea patria ex vbe Bononia per



immensas niues ⁊ ingentia frigera apenino superato periculum  
 vobis vestrum nunciaui. non erubuit haud multos post menses  
 vos in bellum Benuensium suis pollicitis ⁊ proditiōibus frau-  
 de atq; astu impulsos deserere meminerat verbum aui sui Cofine  
 medici q; ille predicare solebat a Florentinis Lucenses bello non  
 esse petendos ne Florentinorum viribus fractos alius occuparet  
 ceterum si ab alio quouis bellum Lucensibus inferretur facillime  
 Florentinos suo ipsius ingenio. sic enim scelera ⁊ proditiōes ap-  
 pellabat Lucea vrbē potituros. Sexcenta sunt alia testimonua de  
 Florentinorum maximeq; de familie medicorum in Lucenses per-  
 fidia que nisi vos manifeste sciretis nunq; istas nocturnas diur-  
 nasq; vigiliās tanto labore vestro tantaq; impensa per tot annos  
 vbi custodiende seruaretis quid sibi volunt nocturni per vrbem  
 cinium discursus. quid muroꝝ lustratio continua. quid portarū  
 custodes. quid alia prope infinita que ne oblesse quidem ci-  
 uitates castris hostium circumsepte tam diligenter omnia pera-  
 gunt. quid timetis. quid suspicamini. certe praeter Florentines ne-  
 minem. o sanctam Florentini tyranni societatem qua durante ma-  
 iori vobis est opus custodia quam si potentissimus hostis vrbē  
 vestram victorie exercitu circum sedente omnibus belli malis pre-  
 meret. Probantur vobis ista. v. L. Sed vno tamen adhuc nodo  
 vester animus distinguitur scz veremini ne bello superiores Flo-  
 rentini victorem exercitum in vos conuertant si cum rege ac pon-  
 tifice contra ipsorum tyrannum belli consilia iungatis. quasi vero  
 Florentini non semper precipue tamen ex quo familia medicorum  
 potens facta est in vos machinati sint quecumq; potuerunt eniti  
 mini modo ne per fortunam liceat eis offendere vos. nam per vo-  
 luntatem vobis neq; ignouerunt nunq; neq; ignoscent. quanq;  
 veretor ne iam vobis adulari videar. cum quod Rex ⁊ Pontifex  
 etiam sine vobis licet non tam facile. tamen quoquo modo esse-  
 cturi sunt. ad illud ego vos horrer veluti si absq; nostra opera nul-  
 lo modo duo christianoꝝ summi principes iulissima vota sua  
 complecturi videantur. non ea solummodo causa moti ad vos mi-

ferunt verum illa quoque potentiam eorum maximam clemen-  
tia et bonitas non minore comitatur propter ecclesiasticam et uir-  
scantque libertatem arma sumpserunt unicuique populo iura sua red-  
dituri. vel cum magna strage piam voluntatem suam perficient  
tamen eo maiorem ex suis benefactis voluptatem percepturi sunt  
quo minore etruscorum in commodo etruerie statum composue-  
runt ob hoc igitur vestram societatem petunt ut in nullo malo vobis li-  
bertatem seruent vestram amissa restituant vobis fines vestros  
extendant vident enim vos florentinis coniunctos prius magna  
damna ex bello perpeffuros quam vilius commodi aut se percipiendi  
tempus adueniat. nam in bello non in seruire non discussis plane  
singulorum causis quod vincendi ratio suadet non quod quisque me-  
reatur sepe considerari solet. nihil in quibus aliud duo terrena christi-  
anorum numina aut vobis querunt nisi ut vos sine vilo bello de-  
trimento victoriae fructum secum percipiat. tanti namque belli mo-  
lem si spe vestrorum auxiliorum susceptam creditis ninnum falli  
mini. v. l. et regis ac pontificis sapientiam non satis notam ha-  
betis. multa illi pertulerunt ne bellum in Italia viderent omnia  
quibus Laurentij medici tyranni cum furor moderatum iri ve-  
risimile erat prius frustra experti inmedicabile vulnus ne pars  
sincera traheretur ense recidere aggressi sunt cum iam plane belli  
euentum et partem alias fere communem secum perspexerunt et  
se prius non spe luorum que semper contempserunt non vindicta  
iniuriarum non cupiditate glorie non vlla profus causa aut rati-  
one de pacis completu diuelli potuerunt et quicquid animis ac viri-  
bus non modo Laurentio nuper aut mercatura ad tyrannidem  
ludibrio fortune elato. sed ne vniuersis quidem terrarum potesta-  
tibus essent inferiores. tamen non ante susceperunt bellum quam in-  
stiffimis ac necessarijs sociorum et amicorum querelis provocati  
sunt et cetera in victoriae spe vitati cum suis et hostium viribus exa-  
minatis quem finem res esset habitura longe tamquam et specula pro-  
spererunt. qui si quid esset de victoria. dubitandum profecto suo  
ingenio et ea qua omnes vincunt et preteritos et presentes rerum

+

prudentia providissent. dubij nunq̄ se in bellum in certi exitus  
 misissent ⁊ qui olim iuniores nihil vnq̄ nisi gravissimo consilio  
 adorti sunt iam grandiores haud quaq̄ inconsiderate quicquas  
 temptassent minime notari licet in rege temeritatem multo mi-  
 nus in pontifice cuius etas vitaq̄ omnis professio dignitas sapi-  
 entiam vn̄ diq̄ protendant. Primum igitur duo christianorum  
 lumina ad bellandum traxit vt ante dixi iusticia pro socioꝝ et  
 amicorum incolumitate ac pro ecclesiastica edruscoꝝq̄ libertate  
 tum sapientia qua clare docentur nulla re hostem ipsis esse com-  
 parandum. Ponite vobis ante oculos florentini tyranni vires  
 non equis habundat. non viris. non armis. non comneatu. Non  
 socios habet nisi infelices. ac iam fere de omni bona fortuna de-  
 sperantes. non civilem concordiam. non pecuniam. quam viri rer-  
 rum bellicarum peritissimi belloꝝ nervos appellant. non du-  
 ces quorum sepe virtus contra omnium opinionem belloꝝ for-  
 tunam commutavit. non deniq̄ vllam rem ad resistendum ap-  
 tam. nedum ad vincendum idoneam. Et contra Rex ⁊ Pontifex  
 tantam vim habent equorum. quantum omnes florentinorum  
 opes ad alendum paucis diebus non sufficiunt. tantum come-  
 atus quantum omnis Italia multis annis absumere nequeat.  
 Tantum poro virorum vt nullus comneatus non paucos eri-  
 stimes ⁊ cuiusmodi virorum nempe principum Italie quoz no-  
 bilitatem subiectarum vrbium nomina rerum gestarum famam  
 ne audire quidem sine tremore florentinorum tyrannus valeat.  
 Armorum vero eam copiam q̄ si exercitum spectes nulla in Re-  
 gis ⁊ Pontificis vrbibus relicta dicas si apothecas deinde vrbium  
 intueare nulla a militibus ablata credas. Cōcordia inter eos  
 que inter patrem sapientissimum ac filium summa pietate predi-  
 tum debet esse. Jam pecunie numerum multi quottidie per agros  
 et oppida Senensium auro atq̄ argento percusso onerati satis  
 declarant vel potius innumerabilem esse significant. Socios om-  
 nes habent qui aliqd viriū tenent preter eos quos p̄tū vincere

partim ad meliorem sensum conuertere et volunt et possunt. Ita  
q̄ societatem vestram querunt quoniam non vincere sed potius  
beneficijs expleere atq̄ augere malunt si modo vos velitis. nam  
inuitis beneficia non satis commode conferuntur. Nolite vetera  
quedam exempla in istam deliberationem adducere gesserunt  
slij Reges cum Florentinis bellum haud magno Florentinorum  
damno. Que nam hec est similitudo viri Lucentes. Ann̄ simul  
cum regibus etiam summi pontifices bellabant. in Florentinos  
minime quod illis bellis Florentini erant inuantes. nunc diuisi  
sum in se regnum tenent quod cito desoletur oportet. tunc per or  
bem terrarum longe lateq̄ mercatores eorum collectam pecuni  
am patrie subsidio ministrabant. nunc mensis illorum Fiespoli  
z Rome euersis per omnes gentes fidem perdidērunt. tunc ob  
iustam vel saltem ob simulatam cum iusticia administrationem  
magna apud socios z subditos fide colebantur. nunc propter cru  
delem atq̄ auaram tyrannidam omnes rerum nouarum cupi  
dos reddiderunt. nemo Regum cum Florentinis bellauit Senen  
sibus amicis. Et ecclesia Romana quondam rebelles fauore Se  
nensium tributum pendere coegit. Et postea Johannes Galea  
tius Vicecomes primus Mediolanensium Dux. Senensium iur  
ribus et locorum oportunitate adiutus a nō ad hinc circiter octu  
agesimo eo difficultatum compulit Florentinos vt castris circa  
Urbem positis obsessi desperantes Cetera missis etiam legatis  
qui deditionem facerent solam illius ducis mortem intuerentur  
ac ve nemo maturarent. quia nullus aut filijs aut hereditibus ti  
mor ingruerat. Regem nostrum et melior causa et maior sapien  
tia. aut venenis ceterisq̄ malis tuetur. Tum robusta et nume  
rosa filiorum iamq̄ etiam nepotum soboles protegit. hostibusq̄  
non tam de morte Regis sperandum q̄ pro salute orandū. ne fi  
lij etate et natura vehementioris ac nona ingentiq̄ iniuria com  
moti contra Florentinos seuius irruant. Sed iam reuertamur  
ad belli rationem. Iidem Senenses ad comprimendam Florenti  
nonum superbiam nati quibus annitentibus semper victi sunt.

Florentini bellum diu flagitatum graulter conſtanterq; gerunt  
 pro Florentinis periclitabatur aliorum Regum bellis Plumbini.  
 ſtri Regis ꝛ Pontificis beneficio de acerbiſſima Cibi ſernitate  
 liberati totis animis fauent alios Reges uedum odio ſed arma  
 tis quoq; claſſibus inſectabantur. Romana eccleſia alios Reges  
 Florentinorum hoſtes aut aperto bello ueravit. aur quieta impro  
 bauit. cum noſtro Rege iſdem caſtris pugnat. Immo uero Re  
 gem eccleſia ueluti pium ac fidelem obſequentemq; filium ad bel  
 lum exiuit gerendum pro libertate eccleſiaſtica ad impiam ſacer  
 dotum ac pontificum cedem uleiſcendam. ad eturiam protegen  
 dam. ad coercendam unius tyranni rabiem quo dominante nun  
 qua quieta fuit. ſed nec illo incolumiſſimꝛ erit eccleſia. quid uo  
 bis ego Romanaz nobilitatem pro ſua eccleſia bellantem uſinos  
 columnas comites ſabellos referam. quid umbrozum decus tifer  
 nates iuſtinos. quid peruſinum robur. quid camertium pꝛincipē  
 quid martis alumnium pinum ozdolaſium ſozi liuij dominum.  
 quid uero federicum uibinatum ducem totius pontificalis ꝛ re  
 gie militie pꝛincipē etatis noſtre Fabium qui nunquam uictus  
 eſt. nunquam dubia uictoria hoſtem reliquit. ſemper uicit.  
 omni bellica ꝛ ciuili laude omnem antiquitatem aut equauit aut  
 ſuperauit. de quo ſilere fuerit ſatius q̄ pauca loqui. qui ſolus eti  
 am inermis uirtute ſua de Florentinis uictoriam reportare ua  
 let. Deficio ſub pondere uiri Lucenſes. ꝛ Alonſum regis primo  
 genitum patris ac pontificia uicarium. magno preter antedictos  
 exercitu ſumma uirtute ſumma induſtria bellum adminiſtrantē  
 quibus uerbis digne commemorem non reperi. Jam ex Etru  
 ria in Ligures ſpectamus animum. ſere in portis ueſtris alius eſt  
 Regis Pontificisq; exercitus quem uos exercitum tota animi et  
 oculorum acie luſtrare debetis uiri Lucenſes. Hinc ſunt nobi  
 liſſime potentiffimeq; Domus. Hinc pꝛincipes populareſq;. .  
 Hinc Julius Aquanus. Ulinus prudentia ꝛ rebus geſtis clar.  
 Hinc uirtutum pꝛinceps ſemper inſictus. ſemper interritus ſemp

3  
fidelis. parua manu res maximas perficere solitus. Robertus se-  
uerinas pristinis victorijs conspicuus recent vero etiam admi-  
randus. Militant hij omnes integra fide contra Florentinorum  
tyrannum. quorum minima pars horribilior est illi q̄ olim fuit  
ano eius Cosme et Florentinis omnibus Alfonso Rex filio suo  
Regi nostro. neq; ducum militie virtute 7 numero. neq; filiorum  
copia. neq; etatis integritate. neq; pecunie vi. neq; amiciciarum  
fide ac multitudine conferendus. Et tamen idem Rex Alfonso  
nullo Italorum fauore eludentibus Senensibus eriguis copi-  
is maxima damna Florentinis intulit captis illorum oppidis que  
tuncq; omnia receperunt. Cum liceret Gallici belli temporibus  
occupato malis intestinis Rege Iulium et Castilionum veluti  
in magno corpore vngium excrementa Rege vit sentiente ac pe-  
ne inscio recuperare. Sed Cosma Medicis nepote suo multa pau-  
dentior ac sagacior. quia suum 7 Florentinorum statum videbat  
amica ecclesia Romana 7 Siculorum Rege fore sempiternum eis-  
dem inimicis cito perituris. neglecta veteri Galorum cum Flo-  
rentinis amicicia concessione Castilioni 7 Iulij addito insuper  
quantum potuit fauore Regis 7 ecclesie amicitiam sibi et patrie  
comparauit quam nepos eius si conseruare voluisset facile autez  
poterat nisi se totum furori permisisset hodie quietus pulcherr-  
imum locum in patria felici teneret. in qua turbulentissima per-  
stulticiam suam cum vite periculo fluctuat In tanta namq; mo-  
rum 7 voluntatum dissimilitudine perpetuo duare amicitia nō  
potuit Rex ac Pontifex omnium Christianorum quietem fouere  
bant toto animo in Thurcas conuersi. At impbos iste libere  
semper ante se patrie Tyrannus aut auico sui Regis Pupillo  
Plumbinum furari temptabat. aut Senenses Regis 7 Pontifi-  
cis amicos per Carolum montonem bello petebat. aut eos si-  
ducia societatis incautos aut simillano sui emex studebat. aut  
Liferum ab ecclesie iure deducere conabatur. ut in oppidum  
montonem ab ecclesia obsessum contra pontificis sanctitatez sub-  
sidia mittebat. Aut cisternam oppidum ecclesie nocturno tempo

re scalis occupare nitetur. Aut perusinos contra ipsorum ꝛ ec-  
 clesie quietem ad civilem sanguinem ita eracuebat qꝫ nonnullis  
 iam obruncatis vir se ditiones tollere pontifex valuit. Aut man-  
 fredos fratres ad emulationem principatus contra primogenitū  
 fauentie dominum erigebat. Interea summos Italie principes  
 aut ore nefando lacefcere aut Venenis appetere non disinebat.  
 Jis omnibus ꝛ alijs plerisqꝫ quorum magnam partem pre pudo-  
 re magnam pre indignatione taceo. Rege ac Pontifice in se ac-  
 censis diuinam quoqꝫ iram concitauit propter quam perire illi  
 necesse est perditam causam fouenti etiam si vinceret opibus qui-  
 bus longe superatur. Vos igitur viri Lucenses Regis ac Ponti-  
 ficis auctoritatem potentiam sapientiam fortunam considerate.  
 Laurentij debilitatem lenitatem imprudentiam stulticiam cala-  
 mitates cognoscite qꝫ iuste arma vtrinqꝫ sint capta examine.  
 Tum in vestram consultationem non vtrum hanc an illam cau-  
 sam foueratis ad ducite. Verum vtrum cum hoste publico ecclesie  
 Romane etrusce libertatis Italice quietis ruere. An cum pontifi-  
 ce ꝛ Rege triumphare malitis eligere.

¶ Finis.

1571

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.